



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

Parisiis, 1644

LXXXIV. De excommunicatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15324

LXXXIII.

* scripturas audit,

Si quis intrat ecclesiam Dei, & sacras * scripturas non audit, & pro luxuria sua auertit se a communione sacramenti, & in obseruandis mysteriis declinat constitutam regulam disciplinæ, istum talem proiciendum de ecclesia catholica esse decernimus, donec pœnitentiam agat, & ostendat fructum pœnitentiæ suæ; vt possit * communione percepta indulgentia promereri.

De consecr. dist. 2. Si quis intrat, ex Concil. Antioch. Can. 2.

* communione percepta indulgentiâ promereri. Græce est, ἡ ἀποστολή τοῦ ἀποστόλου ἐν τῷ δόγματι τοῦ ἐκείνου.

LXXXIV.

Non liceat communicare excommunicatis, neque in domos eorum introire, neque orare cum eis; neque liceat, vt in alia ecclesia se regentur. Si autem aliquis episcopus aut presbyter aut diaconus, aut quilibet ecclesiasticus excommunicato communicauerit, quasi perturbans omnem disciplinam ecclesiasticam, excommunicetur.

VITA,

ANNO CHRISTI 573.

EPISTOLA ET DECRETA
BENEDICTI PAPÆ I.

Ex libro pontificali.

BENEDICTVS natione Romanus ex patre Bonifacio, ^b sedit annos quatuor, mensem vnum, dies viginti octo. ^c Eiusdem tempore gens Longobardorum inuasit totam Italiam, simulque & fames nimia, vt etiam multitudo castrorum se traderet Longobardis, vt temperare posset inopiam famis. Quod dum cognouisset Iustinus piissimus imperator, quia Roma periclitaretur fame & mortalitate, misit in Ægyptum, & oneravit naues frumento, & transmisit Romam. Et sic misertus est Deus Italiae. In istis laboribus & afflictionibus positus sanctissimus Benedictus papa mortuus est. Qui sepultus est in basilica beati

Ssss iij